



**VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, &
ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeq[ue] uariae
fortuna**

Langen, Rudolf von

Coloniae, Jan. 1517

VD16 L 341

De p[ro]fanatione templi, & uaso[rum] Dei per Antiochum direprione, &
magna calamitate, qua idem templum polluit, ac Iudeos affectit. Deq[ue]
mira aduersus eu[m] Maccabæorum uirtute. Cap[itu]l[u]m. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71344)

clæam uenisset, & inique iudicasset, multa pperam gerens, diuinis aduersum se signis deterretur, corruensq; diuina uirtute mortuo similis in terram, tandem Onie sacerdotis precibus restituit, & ad Seleucum reuertitur. Et cum Seleucus cupiditate pecuniæ templi captus, iterato Heliodoræ mittere tentauisset. Ille se nequaquam ituræ respondit, si quem habes (inquiens) regni tui insidiatorem, hunc mitte tanquam mature perituræ. Prefati aut Oniæ sacerdotis filius Onias, irruim-pente tanta (ut dicemus) in Iudæam crudelitate Antiocho, in Aegyptum transmigravit, & in pago Helio-politano ciuitatē nominis sui condidit, templo ad similitudinem primi templi extracto.

¶ De profanatione templi, & uasorū Dei per Antiochum direptione, & magna calamitate, qua idem templum polluit, ac Iudæos affecit. Deq; mira aduersus eū Maccabæorum uirtute.

¶ Caplm. VI.



Antiochus igitur, occiso apud Athenas Seleuco fratri in regno succedit, cognomento (ut diximus) Epiphanes. Hic præ cæteris Iudæorum legem impugnat, ac primum quidem omnem eorū puinciam ad idolatriam compellens, q; parere noluerant necatis. Postea uero Hierosolymā ascendens, quā sine armis, nulloq; conflictu capit, aperiētibus sibi portis perfidis, ac patriæ legis proditoribus, qui regis studebant malitiæ. Qui & ante regis ingressum ab eodē impetrauere, ut scd'm mores gentium, Gymnasium in

puli sui aduocat concionē. Expulsis iam de Iudæa Antiochi ducibus, Hierosolymam ascendit, quo cum tota multitudine peruenisset, templum desertum inueniens, portasque incensas, syluasque in templo per longam solitudinem pullulasse, edito cum socijs ingenti gemitu, templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges suis reddidit civibus, post annos uastitatis Hierusalem sex, cōtaminatiōis autē templi tres. Proque ea templi expiatione, uel renouatione, per octo dies ingens festum cum omni populo Iudas egit. Quas ob res omnium Iudæorum fauore, Iudas sacerdos & dux decernitur, qui ea dignitate suscepta, legatos Romam mittit, fœdus cum Romanis percussuros, Senatus decreuit Iudæos amicos & auxiliatores Romanorum habendos.

¶ Quomodo in Iuda Maccabæo qui simul dux & sacerdos populi fuit, rursus principatus Iudæorum nascitur, ad primum Aristobolum regem durans, & quomodo Aristobolo Alexandri filio a Romanis capto, Pompeius Hierusalem cepit, & M. Crassus quomodo templum spoliauit.

¶ Caplm. VII.

IN Iuda autem Maccabæo rursus Iudæorum principatus nascitur, per annos sex & quinquaginta durans, succedentibus sibi ex Maccabæorum origine, qui simul & pontifices erant ducibus, usque ad Aristobolum Ionathæ filium, regem pariter & pontificem, qui primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne,

H